

## DE REB. METALL.

tuarius vsus est ære ex Delo insula: Polycletus ex Aegina. Aerarias nusquã puto nobiliores & magis diuites, quã fuere hæctenus comitum Mansueldiorũ. Fuit χαλιόπαις ὁδὸς in Colono, qua per ipsas ærarias via ad inferos patuit, vt Apollodorus scripsit, fortasse propter ingentem illorum puteorum profunditatem: cuius viæ mentio apud Sophocle in Oedipo. Apud poëtas χαλιόποιδες sunt boues Aectæ, & eodem nomine appellantur Furia: & spectrũ illud, quod Empusa dicitur, pedem æneum habuit. Ob indefessum studium Didymus grammaticus, χαλκύντορ Ⓞ cognominatus, quasi æneis esset intestinis. Aurea pro æneis arma dedit Glaucus Diomedii, sua perpetua infamia. Aes circa pectus habere ab Horatio dicitur, qui propter audaciam nihil non tentat & aggreditur. Auctores æreũ appellant, quicquid firmum & quasi inuictum est: vt apud Horatium, murus aheneus: &

tur-